

02 H 716







17549 DISSERTATIO JURIDICA  
DE

# CAVTA IVDAEO- RVM TOLERANTIA,

Quam

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,  
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,  
DN. PHILIPPO WILHELMO,  
PRINCIPE BORVSSIAE, MARCHIONE BRANDEN-  
BURGICO, AC DVCATVS MAGDEB. GVBER-  
NATORE, RELIQA,

*In regia Fridericiana*

PRAESIDE

IVSTO HENNINGO Böhmer /

J. V. D. P. P. ET FACVLT. JVRID.

ASSESSORE,

IN AVDITORIO MAIORI

*Ad d. MART. MDCCVIII.*

publicæ disquisitioni subiiciet

JOANNES ANDREAS BASTINELLER,

HALA MAGDEB.

---

HALAE MAGDEBVRGICAE,  
Litteris CHR. HENCKELII, Acad. Typogr.

DISSERTATIO JURIDICA  
DE

CAVATA IVDICIA  
IN M TOLLANTIA

RECTOR MAGNIFICENTISSIMO  
SERENISSIMO PRINCIPALISSIMO  
DR. PHILIPPO WILHELMO  
PRINCIPALIS BORVSNIAE MARCHIONIS BRANDEN-  
BURGICO, AD VICEPRASIDENTEM  
MAGISTRO RELLIO

In Regia Universitate  
PRASIDIS

AD TO HANNINGO  
MAGISTRO FACULTATIS  
ASSSORE

IN AUSTORIO MASTOR

MAGISTRO WILHELMO  
A Publico Juris Doctori

JOANNES ANDREAS BASTIENUS  
Hujus Magister

MAGISTRO WILHELMO  
MAGISTRO BASTIENUS





VIRIS

PR AENOBILISSIMIS, AMPLISSIMIS,  
CONSULTISSIMISQVE,

DOMINO

D. IO. BURCHARDO  
FREYSTEINIO,

SERENISSIMI DVCIS SAXO-GOTHANI  
CONSILIARIO ET CAUSARVM PATRONO  
FELICISSIMO,

AVVNCVLO SVO PARENTIS LOCO  
COLENDO,

Nec non

DOMINO

D. CHRISTIANO OT-  
TONI MYLIO,

REIPUBLICAE HALLENSIS SYNDICO ET  
GYMNASII SCHOLARCHAE GRA-  
VISSIMO,

AFFINI SVO HONORATISSIMO,

PATRONIS, SINGVLARI PIE-  
TATE OBSERVANDIS,

SPECIMEN HOC ACADEMICVM

sacrum esse iubet,

RESPONDENS.



# VIRI

*Prænobilissimi, Amplissimi, Consultissimiq̄,  
Patroni omni animi Pietate  
venerandi*



X quo Vestrum in me fauorem  
& singularem beneuolentiam  
cœpi cognoscere, sensit ani-  
mus incredibilem quendam ar-  
dorē, Vobis industriam meam  
probandi, studiaque litterarum qualiacun-  
que deuote consecrandi. Quibus animi  
motibus plurimum sane calcaris addidit  
Ve-



Vestra, quæ in Vobis corruscat, existima-  
tio. Quum enim bonas litteras ab ineunte  
ætate sic colueritis semper, vt ornamento  
Vobis nunc sint & præsidio; credebam e-  
go, me felicitatem consequi maiorem non  
posse, quam si Vos, Vestraque studia imi-  
tando, ad aliquam æqui & boni notitiam  
peruenirem. Tandem etiam decernebam  
in vires meas paullatim inquirere, & quid  
humeri ferre possent, experiri. Consideran-  
ti mihi, quonam potissimum argumento v-  
terer, placuit de materia quadam politica  
secundum Iureconsultorum mentem disse-  
rere, & quum animus hominis plerumque  
ad noua (licet noui sub sole nihil) inclinēt,  
ex antiquis historiarum monumentis no-  
uum quoddam quasi Spicilegium collegi,  
additis simul & examinatis quibusdam  
consiliis, quæ judæis æque & iis, qui Chri-  
sto nomen dederunt profutura arbitrabar.  
Accipietis credo, munusculum hoc, quod  
pridem Vobis me debuisse profiteor, serena  
fron-



fronte & æquissimo, quod facitis, iudicio.  
Est quidem leuidense & crasso filo; attamen  
animi ingenuitatem magis, quam rei præstantiam  
Vos æstimaturos confido. Cæterum uti Vobis  
prosperam & æquabilem fortunam; ita mihi  
beneuolentiam Vestram perpetuam exopto.

PRAENOBILISSIMORVM NOMI-  
NUM VESTRORVM,

Dabam Halæ d. 9. Mart.  
c1010ccviii.

cultor perpetuus

IOANNES ANDREAS BASTINELLER.







DISSERTATIO  
DE  
CAVTA IVDÆORVM  
TOLERANTIA.

§. I.



Miseram est Iudæorum *De Iudæo-*  
conditio, populi per totum orbem *orum condi-*  
*disperfi, palabundi, & cæli & soli* *tionem misera*  
*sui extorris, & qui vagatur per or-* *inter Cbri-*  
*bem sine homine sine Deo rege, vt* *stianos gene-*  
*ait Tertull. in apolog.* *ratim.*  
Officia hu-  
manitatis fere iis denegantur, &

tanquam extorres non raro expelluntur & eiiciuntur,  
& si tandem tolerantur, infamibus accensentur, man-  
cipiis æquiparantur vilissimis, ab omnibus officiis pu-  
blicis excluduntur, ne quidem ad opificia admittuntur,  
& denique alias varias condiciones durissimas subire  
coguntur, si inter Christianos tolerantur & eis conce-  
ditur sedem certo modo alicubi figere. Plenius mise-  
riam huius gentis depingit Basnage dans l'histoire des

*Juifs Tom. 4. c. 1.*

A 2

S.I.E-



*De causis  
huius condi-  
tionis misfe-  
ra.*

§. II. Equidem si in causas huius miserrimæ Iudæorum conditionis inquirimus, constat quidem, *iusto Dei iudicio* fieri, vt tanquam vagabundi sine domicilio certo per tot discrimina rerum hinc inde vagari debeant, quemadmodum id ipsum quoque in se suosque posteros satis impie prouocarunt, Christum morti tradendo. Optime Prudentius in *Apotb. contra Iud. vers. 54. seq.* canit :

*Ex filiis vagis huc illuc fluitantibus errat  
Iudæus, postquam patria de sede reuulsus  
Supplicium pro cade luit, Christique negati  
Sanguine respersus commissa piacula soluit.*

Sed quin etiam *causæ secundaria* concurrere possint, nulli dubitamus, quæ eo magis hic allegandæ sunt, quoniam ex his multa malorum seges nata est, quæ Iudæos miseros contra ius fasque fere oppresserunt, & propterea legibus vindicanda vel corrigenda sunt.

*De odio  
Christiano-  
rum erga Iu-  
dæos.*

§. III. Inter has vero primario nominari meretur odium illud plus quam vaticanum Christianorum erga Iudæos, quod eo iustius esse patres crediderunt, quia hostes Christi se profitentur, & hoc intuitu Gregorius VII. *Lib. 9. regeft. ep. 2.* ad Alphonsum regem Hispaniæ scribit : *dum inimicis Christi velis placere, ipsum Christum contemnere videris.* Quod si conditionem eorum sub Ethnicis Imperatoribus intuemur, illa longe tolerabilior fuit, quam in quam postea coniecti sunt, ubi imperatores Christo nomen dederunt, & episcopi aulis principum se se insinuarunt. Et quidem nec status illius temporis, nec Christianismi conditio permittebat, vt Iudæi a Christianis despiciatui haberentur, & odiis persecutionibusque affligerentur grauisissimis, uti postea con-



contigit. Christiani ipsi fati affligebantur ab ethnicis, & quosunque perpesi cruciatus ad patientiam & tolerantiam apti & idonei reddebantur, quin etiam doctrina Saluatoris de inimicis diligendis instructi erant, quam non ore tantum sed ipso opere quoque demonstrabant. Habuerunt adhuc sub Ethnicis Iudæi suos patriarchas in summa positos dignitate, Archisynagos, presbyteros, habuere sua synedria & synagogas & sic iurisdictione adhuc in suos utebantur. Neque simpliciter ab honoribus excluderentur, vti perspicuum red- ditur ex *L. 3. §. f. de decur.* vbi Vlp. ita: *eis, qui iudaicam superstitionem sequuntur, Diui Seuerus & Antoninus honores adipisci permiserunt: sed & necessitates eis imposuerunt, quæ superstitiones eorum non laderent.* Equidem maluit hunc textum Alciatus de Christianis intelligere absque certo tamen fundamento, vti agnoscit Dion. Gothofr. ad *cit. L. & confirmat celeberr. Basnage Tom. 4. hist. des Iuifs lib. 6. c. 12. §. 6.* vbi addit, Vlpianum Iudæos suo tempore optime distinxisse a Christianis. Neque hæc populi dignitas statim sub primis Christianorum imperatorum temporibus suppressa est, sed tamen paulatim restringi & tandem aboleri cœpit. Nam habuere adhuc suos primates sub Theodosii Arcadii & Honorii temporibus, vti constat ex *L. 8. C. Theod. de Iudæis*, vbi inter viros *clarissimos & illustres* referuntur, & simul constituitur, vt quos iudicio suo ipsi proiecissent, seu excommunicassent, brachio seculari haud reciperentur, quo ipso iurisdictione adhuc pristina illis conseruata fuit. Propter hanc dignitatem in *l. 11. C. eod.* contumelia affici prohibentur. Habuere adhuc sua synedria, vti apparet ex *l. vlt. C. Theod. de Iud.* & synagogas, & disciplina sua

*Iudeorum  
conditio sub  
Ethnicis to-  
lerabilis  
fuit.*

*Vt & sub  
primis im-  
peratoribus  
Christiano-  
rum.*



fua quoque illis feruata est. Quin priuilegia quoque archifynagogis, Patriarchis, & ceteris in hac religione versantibus eadem, quæ clericis inter Christianos competeabant, indulta fuere, l. 13. & 15. C. Theod. de Iudæis & ita immunitas a ciuilibus curialibus & personalibus muneribus illis adscribitur in l. 2. 4. 13. C. Theod. eod. Non intercludebatur illis libertas aduocationis exercendæ vel via ad liberales artes l. 24. eod. quæ omnia ostendunt, Iudæos primis illis temporibus eximia iura & priuilegia habuisse.

*Odium  
Christiano-  
rum erga Iu-  
dæos mox  
capit sese  
exferere  
postquam  
religio Chri-  
stiana esse  
capit domi-  
nans.*

§. IV. Sed iam hisce temporibus odium Christianorum erga Iudæos prorupit, uti historiæ docent. Manserat alta iis mente reposita iniuria, quam & Saluator & ipsimet hæctenus a Iudæis perpesi erant. Et cum res Christianorum hoc tempore emergerent, & ecclesia non tantum tuta, sed etiam honorata imo dominans fieri inciperet, iudæorum res inclinare paulatim cœperunt, præsertim postquam Episcopi nihil non egerunt, ut suam potestatem eueherent, & iudæorum religionem penitus supprimerent. Existimabant enim ecclesiasticum regnum non satis securum esse, quamdiu inimici sui Iudæi quadam adhuc potestate fungerentur, quo ipso satis discesserunt a Saluatoris sui doctrina, quæ plane ab huiusmodi institutis aliena erat. Explicat hoc odium Christianorum & Iudæorum mutuum egregie clariss. Basnage dans l'histoire des Juifs tom. 4. c. 1. ubi varias adducit causas dispersionis Iudæorum per vniuersum orbem & inter alia §. 11. ita ait: *Parce que les Chrétiens ont conserué une haine irreconciliable contre ceux, qui ont fait mourir leur Dieu & qu'étant deuenus maîtres d'une partie du monde; ils se vangent cruellement sur eux de la conduite de leurs Ancêtres.* Specialius vero §. 12. pergit:

*On*



On peut ajouter à toutes ces raisons la haine, que la différence des religions allume entre le Juif & le Chrétien. Le Christianisme s'établiſſoit ſur les ruines du temple. Quel ſujet de douleur & de rage pour une nation orgueilleuſe de ſes privilèges & qui étoit bien ſure, que Dieu avoit traité alliance avec elle ! L'églife Chrétienne ſe compoſa d'abord de Juifs, qui abandonnoient leur religion, & qui regardoient Jeſus Chriſt, comme le Meſſie. On eut beau ménager les eſprits & enſevelir la Synagogue avec honneur : on fut obligé de condamner ſes rites & de les enterrer. Le Juif piqué de cet outrage n'oublia rien pour exciter la perſecution contre l'églife naiſſante, & pour le rendre plus vive dans les lieux où elle étoit allumée. Les Chrétiens, irrités de la mort de Jeſus Chriſt, & des maux, que la Synagogue leur faiſoit ſouffrir, ont crû être en droit, de leur rendre la pareille, dans les lieux & dans les tems, où ils ont été les maîtres. Tryphon avoua à Juſtin Martyr, que les maîtres défendoient à leurs diſciples d'entrer en ſociété, & ſur tout en diſpute avec les Chrétiens, parceque ces derniers blaſphemoient, en comparant Jeſus Chriſt à Moïſe. Les Chrétiens de leur côté interdirent la diſpute avec les Juifs, qui maudiſſoient Jeſus Chriſt, au lieu que Moïſe n'étoit qu'un prophète que les Chrétiens honorent auſſi bien qu'eux. Ainſi la haine ſe nourriſſoit entre ces deux églifes, dont l'une étoit naiſſante & l'autre tomboit.

§. V. Violenti huius odii Chriſtianorum documenta apertiffima ſuperſunt, contra quod etiam prudenter principes variis conſtitutionibus Iudæos defendere neceſſum habuerunt. Sic anno 393. Imperatores prohibuerunt, ne Chriſtiani deſtruerent ſynagogas atque exſpoliare conentur, vbi ſimul notanter aiunt: ſub Chriſtiana

Imperatores  
defenderunt  
Iudæos con-  
tra odia  
Chriſtiano-  
rum.  
reli-



*religionis nomine illicita quaque eos præsumpsisse. l. 8. C. Theod. de Iud. quod tamen satis ægre tulit Ambrosius & inde ad Theodosium M. scripsit, vbi inter alia epist. 29. ait: Relatum est a Comite Orientis militarium partium, incensam esse Synagogam, idque auctore factum Episcopo. Iussisti vindicari in ceteros, Synagogam ab ipso edificari episcopo.* In sequentibus variis sed satis inermibus argumentis hoc rescriptum reuocare annitur, cum potius hanc prudentem Principis legem fouere debuisset. Idem vltterius variis in textibus corroboratum legimus, vt in *L. 12. 20. 21. 25. 26. 27. C. Theod. de Iud.* Solebant præterea ipsos Iudæos variis contumeliis afficere, quod prohibitum anno 412. in *l. 21. cit.* his verbis: *Nullus tanquam Iudæus, cum sit innocens, obteratur, nec expositum eum ad contumeliam religio qualiscunque perficiat & in l. 26. C. Theod. de Iud.* Imperatores ita: *Iudæos scire volumus, quod ad eorum miserabiles preces nihil aliud sanximus, quam vt hi, qui pleraque inconsulte sub prætextu veneranda Christianitatis admittunt, ab eorum lesione persecutioneque temperent.* Præterea Christiani non verebantur bona eorum diripere, cui malo itidem occurrere leges debuere. Nam anno 423. imperatores hac de re ita notanter cauerunt in *l. 24. C. Theod. de pagan.* *Sed hoc Christianis, qui vel vere sunt, vel esse dicuntur, specialiter demandamus, vt Iudæis ac paganis in quiete degentibus, nihilque tentantibus turbulentum legibusque contrarium, non audeant manus inferre, religionis auctoritate abusi, nam, si contra securos fuerint violenti, vel eorum bona diripuerint, non sola, qua abstulerint, sed conuenti in triplum & quadruplum, qua rapuerint restituere compellantur.* Inprimis vero primates & patriarchæ eorum Christianorum odiis & contumeliis expositi erant,



erant, quod proinde in *L. II. C. Theod. de Judais* grauiter prohibitum est. Et infinitum foret omnia hanc in rem extantia monumenta producere, quæ in historia ecclesiastica ubique occurrunt.

§. VI. Sed non credendum est, hoc odium tantum ad illos, qui sunt ex fece Christianorum, referendum esse, sed principaliter episcopi & patres hoc odium intolerabile erga iudæos exercuere. De Ambrosio §. *antec.* iam notauimus, quod literas satis immodestas ad Theodosium M. dederit contra iudæos, quos Imperator ab iniuria Christianorum, ut par erat, vindicauerat. Nihil non sane egit, quo iudæos principum odiis exponeret, dum contra bonam fidem asseruit, iudæos non credere se obligatos esse ad seruandas leges Romanas, & quod potius obseruantiam legum instar criminis haberent, quæ imputatio sane satis friuola erat. Tota epistola eius factu improbando scatet, quam clarissimus Basnage dans l'histoire des Iuifs Tom. IV. lib. 6. c. 14. §. 25. his in compendium reduxit verbis: *Il declare au prince, qu'il ne devoit plus être chargé de ses prieres auprès de Dieu, s'il ne vouloit l'ecouter & lui accorder sa demande. Apres un debut si fier, il lui demande, comment il peut obliger un Evêque à rabâtir cet édifice brûlé, puis qu'il faut necessairement, qu'il en fasse un provaricateur, s'il obeit à ses ordres, ou un Martyr, s'il n'obeit pas. Il se met à la place de l'accusé & il declare, qu'il l'a commandé. Cela n'etoit pas, mais c'êt une brauade qu'il fait à l'Impereur & un défi de le punir. Il soutient, qu'il auroit la meme chose à Milan, si Dieu n'avoit commencé lui même à bruler la Synagogue. Il met au rang des preuaricateurs le Comte, qui étoit chargé de l'execution du prince. Il introduit les Iuifs, qui se vantent de s'être enrichis & d'avoit bâti un temple des dé-pouilles des Chretiens, comme les Romains en avoient fait*

un

*Patrum o-  
dium erga  
Iudæos.*



*un des dépouilles des Cimbres. Il représente l'église en pleurs, les fideles enchainez, les seruiteurs de Dieu condamnez aux mines & les triumphes des perfides Iuifs, qui devoient être une suite de cet ordre, si on vouloit l'executer à la rigueur. Ces paralogismes & ces expressions outrées sont autant des marques de reconnoissance que S. Ambroise vouloit donner à Theodose qui l'avoit garanti de l'exil, de la prison & de divers maux. On est étonné lors qu'on voit des Eveques porter avec tant d'orgueil & de fierté & apliquer au Iuifs de son tems la defense, que Dieu faisoit à Jeremie de prier pour son peuple &c. Sed ratio instituti non permittit, vt plura documenta hac de re afferam, cum id ipsum haud soleat in dubium vocari. Seculo IX. Archiepiscopus Lugdunensis Agobardus scripsit librum de Iudaicis superstitionibus ad Ludouicum pium Imperatorem, in quo plene exponit odium Patrum contra Iudæos, & quod eos maxime abominati fuerint, deinde canones in Synodis contra hanc sectam conditos subiicit, & ostendit multo magis detestanda & vitanda esse Iudæorum consortia quam ceterorum hæreticorum & quidem ex hac ratione, quod proprium sit hæreticorum, in aliquibus adhuc sentire cum ecclesia, in aliquibus vero ab ea dissentire, Iudæorum autem ex toto blasphemare dominum Saluatorem nostrum, & ecclesiam eius, deinde blasphemias eorum errores & fabulas refert, vt ita in hoc libro compendium eorum habeas, quæ hactenus de odio patrum asserui.*

*Variis locis  
Iudæi eiekti  
sunt.*

§. VII. Odium hoc mutuum inter Iudæos & Christianos grauissima peperit mala in Republ., cum naturale sit, vt tandem in apertas seditiones & factiones erumpant. Alexandria tempore Cyrilli multas turbas ex hoc odio perpessa est, quæ rarissime absque effusione fan-



languinis compositæ sunt. Ipse Cyrillus, ab ambitione sua detestanda fatis notabilis, Iudæos manu quadam Christianorum militari vrbe eiecit, Synagogas eorum occupauit, & Iudæorum ædes deprædationibus Christianorum permisit, reluctantem licet præfecto Oreste. Socrates *lib. 7. c. 13. & 14. conf. clariss. Samuel Basnage in anal. eccles. tom. 3. p. 274. §. 14.* Dagobertus consilio episcoporum itidem Iudæos regno suo eiecit, vti testatur du Chesne *Histor. Franc. tom. 1. p. 582. aiens: cum consilio pontificum atque sapientium virorum omnes Iudæos, qui regenerationem baptismatis recipere noluerunt, finibus regni sui pellere iussit.* Ex quo satis adparet, episcoporum odio Iudæorum sortem, fatis alias miseram, auctam fuisse. Quin vt eo grauioribus eosdem exponerent odiis, non veriti sunt, varia contra eos excogitare mendacia. Vulgo referunt, Iudæos olim solitos fuisse tempore Paschatos infantem Christianorum crucifigere, ob quam imputationem Anno 1182, toto Galliæ regno sunt eiekti teste Munstero *in Cosmograph. lib. 2. c. 84.* Aliud exemplum, quod Anno 1255. contigisse volunt, refert Matth. Paris. *Histor. Anglic. ad annum cit.* Anno 1305. Pragæ itidem plures Iudæi a plebe obruncati sunt ob rumorem quendam, quod puerum Christianum crucifixissent & flagellassent. Sed has imputationes ad fabulas monachorum referendas esse docte euincit Clarissim. Basnage *tom. V. hystoire de l'Eglise lib. 7. cap. 11. §. 14. seqq. vbi §. 15. in f. notanter ait: je crains, que ces crucifixions des jeunes Chrétiens n'aient été souvent autant de pretextes, dont on s'est serui pour animer contre eux les peuples & les rois.* Ob aliam rationem sed nullo modo fundatam anno 1349. plures variis in locis trucidati sunt Iudæi,



Iudæi, vti refert Io. Bangius *in Chron. Thuring. p. 137.* his verbis: In diesen Jahre war ein grosses Sterben in Thüringen, und sonderlich zu Erfurt waren alle Kirchhöfe mit Todten erfüllet etc. Und dieweil man die Juden verdächtig hielt / daß sie dieses Sterben etwa eine Ursach gewest seyn sollten / daß man ihnen Schuld gab / sie hätten die Brunnen vergiftet / wurden sie alle die Fasten über zu Gotha / Isenach / Creusburg / Arnstadt / Jümen / Mebar / Wenhe / Dennstadt / Herbsleben / Rhomesbrück / Franckenhäusen / Sondershausen und Weissensee erschlagen. In Erfurt wohnten dazumal 3000. Juden. Die andern lieffen zusammen in ihre Häuser / steckten sie an und verbrannten sich selbst darinnen. Idem refert Meibomius *in Chron. Comit. Schauenb. Vol. II. p. 516. vid. VVagenseil. in Synopsi Geograph. Lib. 2. c. 2. vbi etiam Iudæos erudite ab hisce & similibus imputationibus defendit.*

§. VIII. Ex hoc odio clericali disputari cœpit, an etiam Iudæi in republ. Christianorum tolerandi sint? Nam satis prægnans ratio dubitandi exinde exsurgebat, quod Christianis tot mala a Iudæis essent metuenda, quod Respubl. non posset seditionibus libera esse, quamdiu Iudæi in Republ. tolerantur, quod essent Christianorum inimici & hostes apertissimi, inter hostes autem viuere nimis crudele videbatur, & quæ sunt alia huius farinæ argumenta, quæ Theologi & ICTi, fabulis inanibus decepti, adferre solent. Et ex hac peruerfa hypothese postea prodire aliæ conclusiones, quod licite expelli, imo trucidari possent, quemadmodum seculo XIV. per omnem fere Germaniam factum est, ex qua persecutione postmodum Zingaros seu Zigeunos prodisse, adeoque hos a Iudæis in latebris propter persecutionem versantibus originem traxisse euincere voluit Wagenseilius *in Synopsi Geograph. lib. 2. c. 2.* Sed pudet referre

Ex hoc odio  
profluxit  
disputatio  
an essent to-  
lerandi?



referre omnia argumenta, quæ contra tolerantiam adferuntur. Audiamus saltim Ludouicum Gilhausen in arbore iudiciaria P. I. c. 1. n. 70. vbi ita philosophatur: Eiusmodi autem homines perfidi nullo modo apud Christianos sunt ferendi, multo minus inter eos recipiendi, non solum, quia Christianorum, inter quos versantur, vera perniciæ sunt, & qui vere sanguisugis equiparari possunt, verum etiam potissimum propter eorum diras execrationes & blasphemias, quas in filium Dei euomunt, atque etiam in ipsorum incantationes, siquidem incantationis species est Cabala, Iudeorum recentiorum philosophia, & Magiæ soror, quæ verbis prophanatis atque conceptis, pollutisque sanctissimis Dei nominibus, caracteribus, certis signis, certis sacrificiis miracula facere, & futura prædicare docet. Et sic cabala vetus, quæ secretior diuina legis interpretatio erat, a Magia infami vitata, ita vt cabalistica eiusmodi Magia Christum incomparabilia miracula effecisse asserere non perhorrescant perfidissimi Iudæi, vti attestatur Ioan Goedelmann lib. 1. de Magis & Veneficiis c. 6. n. 9. & 10. Admirandum itaque est, inueniri Principes & Respublicas, hanc magicam & blasphemam gentem ferentes. Cum pientissimo quondam Germaniæ Principi Christophoro Duci Wurtenbergico, quidam ex suis suaderent, vt blasphemus Iudæos propter maxima commoda reciperet, respondet christianissimus & laudatissimus Heros: Wann diese versuchte Leute mir wollen Geld voll, auf geben / wollte ich sie doch in mein Fürstenthum / weil sie an meinem Bruder und Erlöser Jesu Christo treulos worden / und öffentliche Zäuberer sind / nicht leiden. Laudandi sunt itaque isti Principes, qui huic priuilegio Iudæos recipiendi renunciant, & hanc impiam gentem in suis conditionibus non ferunt. Plura argumenta alia contra receptionem suo more coaceruat Gisbertus Voetius P. 2. disp. select. p. 118.

§.IX. Qui



*Commenta  
circa statum  
iudeorum.*

*an sint infames.*

*An iudaei  
sint serui.*

§. IX. Qui mitiores erga iudæos fuere & eos tollerandos esse censuere, tamen ex simili odio varia de statu iudæorum, sed absque certis fundamentis, attulere. Sic (I) voluere Dd. iudæos esse ipso iure infames, quod essent publici vsurarii, quos constat esse infames *c. porro C. 3. q. 7. l. 26. C. ex quibus causis infam. irrog.* Mascardus *de probat. concl. 945. n. 21. Stam. de seruit. person. l. I. tit. 5. c. 7. §. 12.* Verum si ratio decidendi prædicta eos reddit infames, non sunt infames per se sed quatenus sunt usurarii, & ita ante omnia hoc crimen in singulis probandum erat. Sed nihilominus ex hoc principio conclusiones enatæ sunt. Nam præpter hanc infamiam denegatur eis omnis via dignitatem consequendi, quia ad hanc infames haud sunt admittendi. Hoc intuitu Doctores in nulla facultate creari possunt, neque Aduocati munus sustinere, neque in principis seruitio esse & aliquod officium sustinere, nequidem Notariatus &c. *Stam. de seruit. person. cit. l. §. 13. seqq.* Hæc sane & plura alia ita comparata sunt, vt non satis cohæreant. Certè de iure R. illos nulla infamia laborasse, quin etiam admisfos fuisse ad quosdam dignitatis gradus constat. Et hinc quoque dubio non caret, potuisse eos inter opifices in Republ. referri, qui tamen hodie eisdem a suis collegiis arcent, forsân ex nulla alia ratione, quam quod secundum persuasionem vulgi infamibus accensendi sint, quam Dd. mirum in modum promouerunt. Alii (II) ex eodem odio iudæos seruis annumerandos esse censuerunt. Sane Auctor des *Juden. Spiegel* p. 88. non dubitat asserere, daß die Juden unse Christen zum Exempel und Warnung als Knecht und leibegene Leute vor Augen gestellet seyn. Promouit hanc senten-



tentiam Pontifex Clemens III. qui in *c. 13. X. de iudeis* afferit, *propriam culpam eos submisisse perpetuae servituti.* Variis diplomatibus & chartis hoc illustrat Carol. Can-  
 gius in *glossar. voce Iudeus.* Ubi ostendit, tam in Gallia, quam Hispania, tam quoad personam quam bona, Baronibus, in quorum dominiis habitabant, addictos fuisse, ut proinde, tanquam proprii homines, ab illorum dominiis recedere haud potuerint. Pertinet huc statutum S. Ludouici de anno 1230. de *iudeis tom. 5. Hist. Franc. p. 421.* ubi ita: *Nec aliquis in toto regno nostro poterit retinere iudeum alterius Domini & ubicunque aliquis inuenit Iudeum suum, ipsum licite capere poterit, tanquam proprium seruum suum, quamcunque moram fecerit iudeus sub alterius dominio vel in alio regno.* Eiusdem conditionis olim fuisse videntur in Germania, uti testatur charta Friderici II. de anno 1237. apud Petrum Lambecium *l. 2. de Biblioth. Cæs. c. 5. p. 80.* ibi: *cum imperialis auctoritas a priscis temporibus ad perpetuam iudaici sceleris ultionem eisdem iudeis perpetuam indixerit seruitutem.* In iure Allemanico *c. 76.* vocantur *des Reichs Knechte des Römischen Königs Cammer zu eigen gegeben / & Carol. IV. in priuilegio Ioanni & Alberto Burggrauis Norimb. anno 1347. dato apud Limn. tom. I. addit. ad l. 7. c. 5.* fatetur alle Jüden gehören mit Leib und mit Guth unser Cammer / und seind in unser Gewalt und Hände / das wir mit unser Mächtichkeit damit thun und lassen mögen / was wir wollen. Conf. Dn. Hertius *diss. de subiect. territor. §. 8.* Et hoc intuitu disposuerunt Imperatores de Iudæis tanquam seruis, quod eleganter declarat die Råysers declaration die Jüdenschafft zu Franckfurt betreffend de anno 1685. apud Dn. Hertium *cit. differt. in appendice subiecta:* ubi inter alia proponit, das Carolus IV. Römischer Råyser unser und der H. Reichs Stadt Franckfurt



furth an den Meyn einige daseibst wohnhaffte Juden um eine gewisser Summe Geldes anfängl. zwar hypotheciret / und verpfändet / hernach aber also verkauft habe / daß dieselbe gegen erlag des Kauffschillings der reuolution, wenn und zu allen Zeiten ein ie weiliger Römischer Käyser solde zu thun willens seyn würde / unterworfen sein sollen. In hoc ipso priuilegio pactum de reluendo remittitur, quod egregium documentum Juris imperatorii in iudæos præ se fert.

*Qui factum sit ut seruis adscripi fuerint.*

§. X. Non adeo obscuræ sunt rationes, quibus factum est, ut iudæi tam abiectissimam sortem experti fuerint. Odium Cleri fecit, ut tolerantia eis denegaretur, & ita tanquam extorres & sceleratissimi indigni iudicarentur, qui iure ceterorum ciuium fruerentur. Hinc (I) ubi tolerabantur, quascunque conditiones durissimas subire coacti fuerunt, libertati maxime contrarias, teste Carolo Cangio *in glossar. voc. Iudæus.* (II) agnoscere, tenebantur, se ex mera gratia & misericordia foueri & tolerari, cum alioquin essent eiiciendi iuxta sententiam Clementis III *in c. 13. X. de Iudæis.* Idem docet Alex. III. *in c. 21. X. testib. aie 15: cum eo (Iudæo,) subiacere Christianis oporteat, & ab eis pro sola humanitate foueri,* vel ut Germani dicunt: Aus Gnaden und Barmhertzigkeit. Sic itaque inde factum est, ut ius recipiendi iudæos regalibus adscriberetur, tanquam actus gratiæ & dispensationis, cum alias iure ordinario essent expellendi. Et hoc intuitu in A. B. c. 9. primitus electoribus hoc ius communicatum, deinde quoque reliquis Statibus. Ref. pol. *de anno 1548.* Von Juden ut hinc hodie magistratui inferiori integrum non sit iudæos recipere, sed potius ipsi iudæi a principe territorii priuilegium commorandi intra fines territorii impetrare debeant, & inde dicuntur *Schus Juden / vergeltete Juden / & accipiunt*

*Quo sensu ius recipiendi iudeos ad regalia relatum sit.*



unt den Schuß-Brief / & soluunt quotannis eo nomine gewisse Schuß-Gelder. Interim tamen plurimi status hoc regale non exercent, iudæos non admit- tentes, de quibus vid. Myler. ab Ehrenb. *de princ. & Stat. imp. P. II. c. 60. n. 3. 4.* Sic in Saxonia & Bauaria non tolerantur. In ordinat. elect. palatina *Lib. 18. §. 5.* cauetur, daß zu ewigen Zeiten kein Jude in der Pfalz wieder aufgenom- men / und mit häußlicher Wohnung darinn nieder zuthun / noch auch mit den Unterthanen in einige wege zu handthieren / solle vergönnet werden. Anno 1573. Norimberga a Maximili- ano II. obtinuit priuilegium contra receptionem iudæo- rum. vid. Stam. *de Seruit. pers. Lib. I. tit. 5. c. 2. §. 7.*

§. XI. Hæc prælibasse necessum fuit, vt consta- Tollerandos  
esse iudeos  
evincitur.  
ret de origine persuasionis vulgatæ de non tolerandis iudæis. Certe incommoda, quæ ex hac tolerantia pro- ueniunt, sunt ita comparata, vt Christiani hæc ipsa sua culpa non raro contrahere soleant, ad quæ auertenda cautione opus est, vt mox dicendum erit. Toleran- dos esse iudæos, agnouere olim imperatores. *L. 10. C. de iudeis.* Agnouere etiam ICtisaniores, vid. Carpz. *P. 3. C. 13. def. 36.* Pfeffinger *ad Vitriar. Lib. 3. lit. 17. §. 81. lit. a.* Stam. *de seruit. person. cit. l. c. 2. §. 9.* Hahn. *in diatagm. iudeor. §. 2.* a qua sententia nec quidam ex antiquis patri- bus alieni fuerunt, inprimis Gregorius &c. Certe con- traria sententia, vt vidimus, ex spiritu persecutionis orta est, & sic satis suspecta. Tolerantia est infimus gradus amoris, est vinculi humanitatis, quod inter nos natura constituit, effectus insignis, est gentium moratorum, in quo a barbaris distingui solent, propri- um *νεπιήκειον*, imo ipsum rationis naturalis præceptum. Si a nobis differunt in religione, non differunt in cog- natio-



natione sanguinis, sunt enim æque homines ac Christiani & sic officia, quæ ex statu humanitatis fluunt, æque illis debentur, ac aliis. Si diversitas religionis ius daret eosdem expellendi & non tolerandi, Ethnici optimo iure Christianos eiecissent, qui a gentilibus pro hostibus deorum habebantur, uti iudæi hostes Saluatoris nostri dicuntur. Omnia argumenta, quæ hodie contra tolerantiam adducuntur, poterant gentiles Christianis, ex suæ religionis principiis, obicere, & reuera obiecere, quæ tamen a nostris reprobantur. Cur itaque hæc hodie contra iudæorum tolerantiam adducimus? Non sine ratione clarissimus Basnagius, dans *l'histoire des juifs tom. 4. lib. 6. c. 1. §. 1. seqq.* diuinam prouidentiam admiratur, quod hanc gentem sub tantis afflictionibus adhuc conseruauerit, *on achassé, ait, les iuifs de tous les lieux du monde, & cela n' à serui qu' à les repandre dans tous les lieux de l'univers. Ils ont passé de siecle en siecle au travers de la misere, de la persecution & des torrens de leur propre sang, qu'ils ont repandu. Ils vivent encore, malgré la honte & la haine, qui les suit en tous lieux, pendant que les plus grandes Monarchies sont tellement tombées, qu'il ne nous en reste, que le nom.* Cru- dele ergo foret, illos delere, eiicere, expellere, & persequi, quos Deus mediis sub calamitatibus mirifice conseruauit. Vtinam hi, qui contra tolerantiam calamos fringunt, recte perpenderent natales Christianismi, qui reuera a iudaismo deduci debent. Apostoli iudæos fouerunt, legem Mosaicam retinuerunt, se ad mores iudaicos accommodarunt, nec nouam religionem inducere, sed tantum iudaismum corruptum ex præcepto saluatoris reformare uolere, vt meo iudicio



cio, satis neruose loquantur, qui asserunt, *Christianis-  
mum nihil aliud esse, quam reformatum iudaismum.* Ita  
enim disertis verbis Burmannus *in exercit. Acad.  
P. II. disp. IX. de Synagogis* §. 88. ait: *Sicut ipse Christianis-  
mus nihil aliud est, nisi reformatus iudaismus, ita quoque  
ecclesiarum Christianarum administratio nihil aliud fuit, nisi  
continuatio munerum Synagoga, que Hierarchiam templi  
non sapiebant.* Idem disertis verbis fatetur, honos  
Britanniæ, Seldenus, *de Synedriis lib. I. c. 3. p. m. 31. et. lib. I.  
c. 8. p. m. 153. seq. § 156. 157. & passim alibi.* Quin Chri-  
stiani prioribus annis post Christi discessum sub iudæo-  
rum nomine veniebant, & distinctionis gratia se *fideles*  
vocabant, & deinceps a gentilibus iudæorum appella-  
tione comprehensi sunt, uti apud Tacitum *lib. 2. annal.  
p. m. 79. inf.* vid. Seldenus *lib. I. c. 8. p. m. 157. seqq.* Quæ  
cum ita sint, sane improbum esset, eos persequi & ex-  
pellere, a quibus ipsimet natales trahimus.

§. XII. Sed vtut quidam tolerantiam iudæorum  
concedant, tamen eos ipsos, qui usurariam prauitatem  
exercent, omnino eiiciendos esse credunt, ad exem-  
plum Ferdinandi Regis Hispaniarum, qui anno 1492.  
propter immoderatus iudæorum usuras, 124000. iudæ-  
os regno Hispaniæ eiecit. Munster in *Cosmogr. lib. 2. c.  
23.* Et hoc quoque expresse prouisum est in *Reform. po-  
lit. de anno 1530. sub rubr. Von Juden und ihren Wu-  
cher* ubi ita: *Nachdem an etlichen Orthen im Reich teutscher  
nation, Juden/ die wuchern/ und nicht allein auf hohe Ver-  
schreibungen/ Bürgen und eigene Unterpfand/ sondern auch  
auf eigene Güther leyhen/ durch solchen Wucher sie das ge-  
mein/ arm/ nothdürfftige unvorsichtige Volk/ mehr den jes-  
mands gnug rechnen kan / beschweren/ jämmerlich und hoch  
verderben; segen/ ordnen und wollen wir/ daß die Juden so*  
C 2  
wus

*An iudæi u-  
surarii tole-  
randi.*



wuchern/ von niemand in J. Reich gehauſet/ gehalten oder gehandhabet werden/ daß auch dieſelbige im Reich weder Fried noch Geleit haben ſollen/ und ihnen an keinen Verichten um ſolche Schulden/ mit was Schein der Wucher bedecket/ zuhelffen/ &c. Equidem ſatis clara hæc decifio eſt, ſed illud tamen negari nequit, reſiudæorum inter Chriſtianos eo redactas eſſe, vt ſuſtentionem vitæ ſuæ vnice ex fœnore improbo quærere cogantur, cum alia vitæ ſubſidia ipſis denegantur, & via omnis illis ad quæuis officia & opificia eſt præcluſa. Et hinc factum eſſe iudico, quod hæc optima conſtitutio in praxin haud fuerit ducta.

*Incommoda  
ex iudæorum  
promiſcua  
tolerantia,*

§. XIII. Quæ cum ita ſint, negari nequit, multa incommoda ex promiſcua iudæorum tolerantia *pro tali ſtatu rerum* in rempubl. redundare, quæ quidem præcaueri poſſent, ſi præcautiones debitæ, etiam legibus præſcriptæ, adhiberentur. Unicum fere iudæorum commercium in fœnore conſiſtit, ex quo pauperes grauiter opprimuntur. Præterea cum faciles ſint in coëmendis quibuscunq; rebus, vt lucrum quoque quoddam exinde quærant, hinc fures refugium ſuum adiudæos habent, quibuſcum non raro etiam colludunt, vt modo quouis aliquid acquirant, quippe ab aliis modis acquirendi excluſi. Et cum hoc ſub commercio magis magisque otio ſe dedant, nouas artes & fraudes excogitant emungendi Chriſtianos, eosque decipiendi, quo ipſo reuera inſignia mala & grauiffimæ calamitates emergunt, quæ rempublicam ſimul affligunt, adeoque de his abolendis merito ſolliciti debent eſſe legiſlatores. Neque tamen hæc incommoda ex iudæorum receptione & tolerantia fluunt per ſe, ſed potius per acci-



accidens, quoniam pro præfenti rerum ftatu aliud vitæ genus exercendum illis haud relictum eft.

§. XIV. Ad hæc itaque incommoda præcauenda, multa ab eruditis adferri folent confilia. Inter hæc tamen merito primo loco illud nominandum effe cenfeo, quod *in Reform. polit. de anno 1530. tit. 27.* Von Juden und ihren Bucher fuppeditatur, id quod fi in praxin deduceretur, nihil adeo mali & incommodi a iudæis effet metuendum. Cauetur in loco adducto, ne ufurarii iudæi tolerentur, prout hanc in rem verba recessus in §. 12. adducta funt. Hifce nunc subiunguntur fequentia: Damit ſie aber dennoch ihre Leibes-Nahrung haben mögen/ wer denn Juden bey ihm leiden will/ der ſoll ſie doch dermaßen bey ihm behalten/ daß ſie ſich des Buchers und verbotenen wucherlichen Kauffs enthalten/ und mit ziemlicher Handthierung und Hand-Arbeit ernehren/ wie eine Obrigkeit daffelbe einen Unterthanen und den gemelnen Nuß zum beſten und trüglichsſten zu ſein / anſehen und ermeſſen würde/ Mens hujus Recessus huc redit, iudæis poteftatem effe faciendam, ut ad opificia admitti, & ita cum reliquis ciuibus idem vitæ genus exercere poſſint. Vrgent hoc ipſum ſaniores & imprimis hoc ſedulo paſſim vrſit Ill. Dn. Stryckius, nam *in notis MSc. ad Myler. ab Ehrenb. de princ. & ſtatib. imp. c. 6. §. 7.* notanter ait: inter requiſita ſeu conditiones merito referendum eſſet, vt iudeorum liberi ad certum opificium addiſcendum adigerentur. Sic enim ad nos conuerſi, haberent, vnde viuerent. Et fane ſub primis imperatorum Chriſtianorum temporibus etiam aduocationis munus ſubire poterant, & ad artes liberales addiſcendas admittebantur, uti ſupra dictum eſt, cur itaque non poſſent ſub hac conditione recipi, ut

*Iudæi adigendi eſſent ad opificium addiſcendum.*



certum vitæ genus eligerent, reliquis ciuibus commu-  
ne, vel opificium quoddam addiscerent? Non abhor-  
ret ab hac sententia Casp. Zieglerus *de iur. Maiest. lib. I.*  
*c. 41. §. 34. aiens: eis iniungendum est, vt opificiis & manu-*  
*ariis operis victum sibi & amictum querant.*

*Cur iudæi  
opificiis ha-  
ctenus se  
non dede-  
rint.*

§. XV. Sed hæc saluberrima constitutio hæctenus  
p'ane in obseruantiam non est deducta, quamuis optan-  
dum esset, vt deduceretur. Quæ autem huius rei im-  
pedimenta fuerint, non adeo obscurum est, si penitiori  
examine status præsens rerum ponderatur. Aliqui  
quærun't causam in iudæorum pigritia & malitia, quod  
magis ament lucrum improbum ex aliorum deceptio-  
nibus quærare, quam legitimis mediis sibi de victu pro-  
spicere, quæ tamen ratio, meo quidem iudicio, non satis  
probari potest. Sane cum sciant iudæi, se ex mera gratia  
recipi, non possent non quasuis inire condiciones, si ex-  
presse sub illis reciperentur, vt non aliud vitæ genus exco-  
lerent, quam quod illis publice esset præscriptum. Sic itaq;  
lege publica facile ad hoc adigi possent, vt opificium cer-  
tum eligerent, & manuar. is operis victum sibi quærent,  
si non aliæ rationes obstarent. Cum enim olim legem  
seruitutis in receptione subire coacti fuerint, quæ sane  
durissima fuit, nulla adparet ratio, cur non etiam hanc  
conditionem admitterent, vt opificio certo sese dede-  
rent & a scœnore abstinerent. Rationes ergo, quod lex  
prædicta saluberrima haud fuerit in praxin deducta, a  
aliunde petendæ sunt, &, vti quidem existimo, a præ-  
sente statu opificiorum omnium rerum publicarum.  
Hæc enim ita comparata sunt, vt iudæos in societatem  
& collegia sua opifices haud admittant, cum præterea ad-  
huc dubitent Theologi & Icti, an Christiani salua con-  
sci-



scientia societatem cum iudæo, qua tali inire possint vid. Zieglerus *de iur. Maiest. lib. 1. c. 41. §. 35.* Dum ergo Christiani iudæos omnes a suis collegiis arcent, ipsimet in causa sunt, quo minus iudæi certo opificio sese dedere possint; neque sperandum est, ut per legem publicam huic persuasioni, iudæos non esse in collegia recipiendos, medicina adferri queat, cum iudæis ipsis forsitan maiora mala & incommoda ab his sociis metuenda essent, ut inde non adeo horum societatem ambient. Neque ob mutuum odium consulendum esset, ut princeps huiusmodi receptionem in collegia iniungeret, ex qua non possent non grauiora mala in rem publicam redundare.

§. XVI. Sed tamen non desunt rationes aliæ, quibus hisce incommodis occurrere, & constitutio prædicta in praxin deduci posset. Notum est, quod in plurimis imperii nostri ciuitatibus iudæi separatas suas a Christianis habeant rationes, ita ut vel in suburbiis iis peculiaris locus concessus sit, uti Pragæ, alibique, vel ut separatis plateis distinguantur a Christianis, quæ etiam speciales suas portas habent, ut ita possint eo facilius a commercio Christianorum, quoties opus videtur, prohiberi, uti Francofurti ad Mœnum Hanoviæ, alibique conspicuum est. Et sane merito hoc ipsum ad causam iudæorum tolerantiam referendum existimarem, ut non promiscue medios inter Christianos habitarent, sed ad exemplum prædictarum ciuitatum suas separatas habitationes, vel in suburbiis, vel alia ratione haberent, unde non possent non multa commoda sperari & varia incommoda præcaueri. Primo enim hac ratione separatim habitantes compelli possent ad collegia opificum inter se consti-

*Possunt adigi Iudæi ad opificia ad discenda si separatim habitare inberentur.*



stituenda, publica auctoritate tamen dirigenda & determinanda, quo ipso fieret, vt assuefierent ad opificia certa addiscenda, a quibus hactenus excluduntur ob rationes iam dictas. Cessarent hoc modo omnia impedimenta, quæ hactenus obstiterunt, quo minus possent opificio certo se dedere, cum ita non cum Christianis, sed inter se societatem contraherent. Neque metuendum esset, fore vt Christiani commercium nullum cum illis agerent, cum constet, hodie Christianos cum iudæis, qui mercaturam exercent, lubentius agere solere, quam cum ceteris mercatoribus, qui non raro iniquiores in mercibus vendendis sunt, quam ipsi iudæi. Si modo opifices artes suas recte excolant, facile habent, vnde viuere possunt. Sunt hodie opificia ita comparata, vt non raro monopolia introducant, & aliis maxime graues sint, scientes, operas suas repudiari non posse. Ast vero hac ratione omnibus huiusmodi incommodis via præcluderetur, si a iudæis eadem operæ faciliiori pretio haberi possent, quæ non sine grauaminibus a Christianis præstantur.

*Nona utilitas ex separata iudeorum habitatione.*

§ XVII. Deinde ex tali separatione hæc utilitas esset speranda, vt facilius tolerari possent. In antecedentibus demonstratum est, iudæos magnis & asperis afflictionibus fuisse obnoxios, immo a Christianis variis persecutionibus ob leues sæpe præsumptiones fere oppressos, quæ mala ex odio mutuo sine dubio enata sunt. Quanti tumultus olim Alexandria a iudæis, tempore Cyrilli, dati fuerint, quantas hostilitates Christiani erga iudæos eo tempore exercuerint, historiæ ecclesiasticæ docent, quæ incommoda publica ex cohabitatione promiscua iudæorum & Christianorum orta sunt, quæ ta-

men



men præcaueri potuissent, si a Christianis separatas habitationes obtinuissent. Hoc respectu forsân in iure canonico prohibitum, ne Christiani cum iudæis habitent; Sic enim in c.13. C.28. q.1. *Nullus eorum, qui in sacro sunt ordine, aut Laicus azyma iudeorum manducet, aut cum eis habitet, aut aliquem eorum in infirmitatibus suis vocet, aut medicinam ab eis percipiat, aut cum eis in balneo lauet.*

Cum ergo eodem tecto cum Christianis non vtantur, imo plerique a vicinitate omni iudæorum abhorreant, iustum omnino foret, separatas eisdem assignare habitationes. Censent Dd., quoties ex iudæorum cohabitatione scandalum aut periculum imminet, eos expelli & bonis exspoliari posse Stam. *de seruit. person. lib. 1. tit. 5. c. 1. §. 12.* Sane quoties iudæi expulsi sunt, hoc prætextu Christiani vsi sunt, nihil enim facilius est, quam scandalum aut periculum fingere; at si separatas suas rationes a Christianis habent, non adeo facile turbæ, tumultus, aut alia publica incommoda erunt metuenda. Scite admodum Bodinus *de Republ. lib. 3. c. 7. p. m. 537.* ait: *plebs ubique religionibus deditissima, ritus a publica religione discrepantes ferre non nisi grauate potest, nec magistratum imperii, nec militari præsidio contineri, quo minus in furorem sæpius erumpat.*

§. XVIII. Præterea constat, iudæis nusquam terrarum prædia possidere licere, vt ait Bodinus *de Republica cit. l.* & confirmat Stam. *de seruit. person. lib. mobilia poss. 1. lit. S. c. 1. §. 22.* sed experientia quotidiana docet, variis & clandestinis artibus eosdem ædes & prædia, in fraudem legis, sibi comparare, vt ita perpetuas sedes in ciuitatibus habeant. Notum est, quod in hac ciuitate quoque iudæi promiscue inter Christianos habitent, sed tamen a potentissimo Rege nostro prohibiti sint im-

D

mo-





mobilia possidere. Sic enim in Rescripto *de anno 1694. d. 6. Mart.* Potentissimus Rex noster disposuit: Wenn wir denn aus denen darinn angeführten und mehrern Ursachen Bedencken tragen/ denen dortigen Schi. h. Juden zu verstatt.n/ daß sie inn- und außerhalb der Stadt Häuser und immobilia an sich bringen etc. Statim huic dispositioni fraus a iudæis fuit quæsitæ, comparando ædes sub pacto de retrouendendo & ita necessum fuit, huiusmodi contractus cum iudæis initos prohibere, vt factum per rescripta *de anno 1694. d. 14. & 29. Decembr.* Sed nihilominus tamen variis sub titulis ædes sibi acquirunt, imo ædificant, ex quo deinceps concertationes & lites plurimæ oriuntur; ad quas fraudes præcauendas omnino vtile foret, si separatus locus extra urbem iis assignaretur, in quo coniunctim ad exemplum aliarum urbium habitarent, & ita ædes, quas nunc quidem possident, veris dominis restituerent. Et hoc eo facilius iudæis hic loci iniungi posset, postquam consilia de dilatanda hac vrbe agitantur, & potentissimi Regis nostri approbatio clementissima iam accessit. Hac occasione quoque iis assignari posset certus locus extra urbem, quo ipsi iuberentur sibi exstruere ædes, separato vallo distinctas, vt ita separatim res suas haberent, & ad aliud vitæ genus excolendum adigerentur. Sæpius occurrunt quærelæ, quod iudæi res furtiuas cœmant, & mox alibi deferant diuendendas, quo ipso fit, vt res furtiuæ suis dominis haud restituantur, & fures hac fiducia allekti, improbius quotidie furentur; sed etiam hac ratione hoc incommodum præcaueri posset, si separatim habitarent, & nihil ad eos deferri posset, quod non antea visitatoribus ad id deputatis rite indicatum



catum & disquisitioni eorum expositum fuisset, alia vt nunc commoda inde speranda silentio prætermittam.

§. XIX. Quia vero præterea iudæi raro abstinere solent a blasphemis & irrisionibus, unde non possunt non exacerbari animi Christianorum & ad maiora mala irritari, hoc quoque cauendum, vt illis iniungatur, ne vlla ratione blasphemias euomant, sed potius abstineant ab omnibus illis, quæ in contemptum Saluatoris tendunt & alias pacifice viuant. Hoc intuitu in *l. ii. C. de iudæis* prohibitum, ne sanctæ crucis speciem adsimulatam in contemptum Christianæ fidei sacrilegamente exurent, vel ne aliter insolescant *l. 14. C. in f. de iudæis*. Præterea ex eadem ratione in iure canonico prouisum, ne iudæi tota die Parasceues paschæ, vbi maxime sacra publice fiunt, in publicum prodeant, sed ostia & fenestras domorum clausas teneant *c. 4. c. 15. X. de Iudæis*. Idem quoque constitutum est in *Concil. Aurel. III. c. 29.* his verbis: *iudæi a die coenæ Domini usque in secundam Sabbathi in pascha h. e. ipso quatrinduoprocedere inter Christianos, nec catholicis populis se vlllo loco vel quacunq; occasione miscere præsumant.* Sed vero hæc incommoda ex blasphemis & irrisionibus iudæorum metuenda cessarent, si separato a Christianis loco distinguerentur, quemadmodum Francofurti ad Mœnum, Hanouïæ, alibique moris est, vt feriis diuinis porta, quæ iudæos a Christianis separat, claudatur, ne ad eos publice prodire & ludibria metuenda committere queant. Hac occasione non possum non facere, quin hic adiungam pium pariter ac summa prudentia refertum rescriptum Regis nostri longe clementissimi, qui optimo temperamento hinc blasphemis iudæorum occurrere voluit. Verba Rescripti sunt hæc:

*Præcauendum ne iudæi blasphementur, aut irrisionibus utantur.*



**M**AXIMILIANUS I. REX von GOTTES Gnaden/ König in Preußen/ etc. Geben hiemit also den und ieden Prälaten/ Graffen/ Herren/ denen von der Ritterschafft/ Verweßern/ Haupt- und Amt-Leuten/ Magistraten in Städten und Flecken/ Gerichts- Obrigkeiten/ Befehls-habern/ Verwaltern/ Schulzen in Dörffern/ wie auch insgemein allen unsern Unterthanen/ Gläubigen und Ungläubigen/ über welche der Allerhöchste Gott Uns in Unserm Königreich/ Churfürstenthum/ Fürstenthümern/ Graff- und Herrschafften nach Seinen Allerhöchsten Rath und Willen gesetzt/ nebst entbietung Unsers gnädigen Grußes/ zu vernehmen/ daß Uns gebühre/ Lob/ Preis/ Ehr und Danck zu geben/ dem/ der Uns Königreich/ Macht/ Stärckē/ Ehre und Herrlichkeit verliehen hat/ und daß mit Uns alle/ so auf Erden Seine Stadthalter und Seines Reichs Amt-Leute seyn/ nebst verherrligung des großen Nahmens Gottes/ auch diesen Haupt-Zweck haben müssen/ daß sie nicht allein die zeitl. Wohlfahrt Ihrer anvertrauten Unterthanen befördern/ sondern weil dieselbe nicht vor diese Welt allein geschaffen/ und in den sterblichen Leibe eine unsterbliche Seele tragen/ auch dafür nöthig zu Sorgen haben/ daß wo sie nicht alle zu Gott bekehret/ wenigsten doch ihr Gericht ihnen einstens nicht schwerer werde.

Wann dann in solcher Erwegung/ wir mit erbarmenden Augen das arme Juden-Volck/ so Uns GOTT in Unserm Landen untermwürffig gemacht/ ansehen/ so wünschen wir wohl herglichs/ daß diß Volck/ welches der Herr ehemahls so hoch geliebet/ und vor allen andern Völkern zu Seinem Eigenthumb erwählet hatte/ endlich von seiner Blindheit möchte befreyet/ und mit Uns zu einer Gemeinschaft in den Glauben an den auß ihn selbst gebohrnen Messiam und Heyland der Welt gebracht werden: Weil aber das grosse Werk der Bekehrung zu den geistlichen Reich Christi gehöret/ und Unsere weltliche Macht keinen Platz darinnen findet/ wie auch die Herrschafft über die Gewissen der Menschen dem Herrn aller Herrn



Herrn einig überlassen / so müssen wir Zeit und Stunde abwarten / welche der barmherzige Gott / sie zu erleuchten / seinem allein gnädigen Willen vorbehalten hat / in dessen sie mit Gedult ertragen / und Mittel zu ihrer Bekehrung mit aller Liebe und Sanftmuth anwenden lassen: Wie wir dann hiemit insonderheit die Geistlichen und Seelen-Sorger ermahnet haben wollen / so oft sie Gelegenheit dazu ersehen / sich zu bemühen / wie sie diß ungläubige Volck mit Sanftmuth gründlich überzeugen / und dem Messia / unserm Herrn / zu führen mögen / und alle und jede so den Nahmen Christi unter uns bekennen / ernstlich dahin antweisen / ihnen Aergerniß nicht zu geben / und keinen Stein des Anstoßes in den Weg zu legen / dagegen wir aber auch die Bosheit / da sie sich wider Christum Jesum unsern Herrn und Heyland / und sein Reich erheben wolte / zu wehren und sie mächtiglich zu stören / uns höchst verpflichtet zu seyn achten.

Weil dann wir vor kurz verrückter Zeit / mit vieler Wahrscheinlichkeit berichtet worden / daß die Juden groß und klein in ihrem Gebeth / so sich עלינו לשבח Alenu leschabbeach anfänget / und von ihnen so wohl in denen Schulen als zu Hause gesprochen wird / abscheuliche Lasterungen wider unsern Erlöser und Heyland der Welt führen / auch alsdenn / wie vor einen Breuel ausspeyen / und von den Orte etwas hinweg springen sollen; So haben wir deßhalb in verschiedenen unsern Provinzien und Landen eine genaue Inquisition angeordnet / und unsern Regierungen und Commissarien unter andern mit gegeben / die Rabbinen und Aeltesten / mittelst eines wohlgescharfften Juden Eydes / zur Bekentniß der Wahrheit anzuhaltten / nebst angehängter ausdrücklichen Bedrohung / daferne sie darunter einen Meinend begehren würden / daß sie andern zum Abscheu / an Leib und Leben gestrafft werden solten.

Als nun die Juden vernommen / daß die Lasterung in den Worten des erwähnten Gebeths stünde שחם כורעים ומסתחיים להכל וריק ומתפללים ללא וישוע Schehem | coreim umistachawim leheuel varik vmitpallim lelo ioschia , so haben sie nicht allein deme heftig wieder-



sprechen/sondern auch so gar auf einen in den Jüdischen Sachen erfahrenen und gelahrten Christen sich beruffen/ der sie deshalb in einen/ in öffentl. Druck heraus gegebenen Buche/entschuldige.

Was aber den Verstand und Sinn der angeführten Worte anlanget / so haben sie vorgegeben / daß das Gebeth *עליון* *אלנו* *לשחאבבא* von Iosua Zeiten herkommen/ und von Ihm/ als er der Amoritter große Abgötterey / welche die Sonn/ Mond und das Gestirn / ja noch andere ganz elende nichtige Dinge angebethet / gesehen hätte / sey gemacht worden/ und wäre solcher Worte eigentl. Inhalt und Verstand dieser : **Welche Entende sich bücken vor Eitelkeit und Leerheit/ das nicht helfen kan.** Womit Iosua auff die große und blinde Abgötterey der Heyden geziehet hätte/ und folgend irrig wäre/ daß sie Juden unter solchen Worten die Christen begreifen oder solche Völcker verstehen solten / welche nebst ihnen den Schöpffer Himmels und der Erden (von dem in dem Gebeth vorhin gemeldet worden) anbethen / oder daß sie selbige Worte an geschuldigter maßen zu einer Låsterung des Heylandes gebrauchten solten. Ob nun wohl wegen des ausspheyens und hinwegspringens es ihnen an aufrede nicht ermangelt / sie auch überall zur Abschwörung des auff schärfste proiektirt gewesen und ihnen vorgelesenen Eydes sich erbothen / so haben wir dennoch / aus Landes Väterl. Sorgfalt gegen alle unsere Unterthanen/ mehr Liebe vor sie / als sie selbst des erbarmens über sich gehabt/ und daher unsern Commissarien allernåd. Befehl ertheilet/ zur Ablegung des Eydes sie nicht anzuhalten / in mehrer Erwegang/ daß wir doch dadurch biß auf den Grund der Sachen nicht kommen würden/ die Entheiligung aber des allerheiligsten Nahmens Gottes sehr zubesorgen stünde / bey einen Volck / das den Eyd nach der Lehre einiger unter ihnen zuvernichten/ und hier/ insonderheit aus Furcht der unausbleiblichen Gefahr vor zulässig halten dürffte.

Weil aber dabey die Ehre unsers Gottes/ Herrn und Heylandes Christi Jesu / verthätiget/ erhoben/ und vor allen Volck erkant



kant werden muß und zum Preis der Majestät Unfers Gottes  
 weit sicherer seyn will / dasienige so verdächtig ist / und als Gottes  
 lästerlich angegeben worden / schlechterdings abzuschaffen / als mit  
 Gefahr über das ganze Land / und alle seine Einwohner länger hin  
 zu dulden; So wollen / setzen / und ordnen wir hiemit / und in Krafft  
 dieses / daß von nun an bis zu ewigen Zeiten / kein Jude / Mann  
 oder Weib / jung oder alt / in Unfern Landen / also fort bey Verlust  
 daraus gejaget zu werden / weder in der Schule / noch in seinen  
 Hauße die oben angeführte Worte des Gebeths: עלינו לשבחה  
 שהם כורעים ומשתחווים להכל וריק ומתפללים  
 אלונו לשבחה: schehem coreim um-  
 itachawim leheuel varik, vmitpallelim lelo ioschia  
 brauchen / beten und aussprechen / dabey ausspeyen und hinweg  
 springen / auch den Kindern nicht beybringen sollen: Und damit  
 man dessen so viel mehr versichert sey / so soll hinführo das Ge-  
 Gebeth עלינו Alenu welches sonst von jedem in der stille in  
 der Schule gebethet worden / von einen aus der Gemeine laut und  
 deutl. gesprochen / und von den übrigen nachgebethet werden / da-  
 zu wir gewisse Aufseher verordnen wollen / die deshalb die Judens  
 Schulen öftters besuchen werden: Da aber zu Hause / oder aus  
 derswo / ein oder mehr Juden / sich gelüsten lassen solten / wider die-  
 ses Unser ernstlich Geboth zuhandeln und die verdächtige Worte  
 dennoch zubethen / und dabey zuspeyen und zuspringen / oder den  
 Kindern ein solches beyzubringen / so soll wider den oder dieselbe /  
 alsobald es in Erfahrung gebracht wird / mit der angedroheten  
 Straffe unverzüglich verfahren werden: Diejenigen aber / wel-  
 che / ohne daß man es erführe / solches thun / und in geheime mehr  
 berühete Worte / zur Schmach Unfers Heylandes / mit den Mun-  
 de / oder auch in ihren Herzen sprechen möchten / wollen wir der  
 Göttl. Allmacht / die auch die verstockten Herzen ändern und er-  
 weichen kan / überlassen haben / und wird Christus Jesus / Unser  
 Herr und Erlöser / seine ehre schon zu rechter Zeit zu retten  
 wissen.

Wir versehen uns aber allergnädigst / daß die Juden die-  
 sen



fen unsern Gebot/ welches wir/ in aller gnäd. Erwägung/  
 daß sie ehemahls Gottes geliebtes Volk gewesen/ und daß sie  
 nach den Fleisch die befreundten Unseres Heylandes seyn/ mit  
 Liebe/ Mitleiden und Erbarmung gegen sie verknüpffet haben/  
 sonst aber die Ehre unsers Gottes von Uns unumgängl. ers  
 fordert/ so vielmehr allerunterthänigsten Gehorsam bezeugen  
 werden/ weil ihnen darinn nicht das geringste wieder ihre Res  
 ligation/ Ceremonien/ Aufsjäge oder gebräuche angemuthet wird/  
 massen sie nicht allein selbst von vielen Jahren her/ in ihren ge  
 druckten Büchern die mehr angezogene Worte/ wegen Bes  
 sorge einiger Gefährlichkeit so ihnen an heydnischen Orten/ o  
 der ihren Vorgeben nach/ auß Mißdeutung bey denen Chris  
 sten/ erwachsen könnte/ außzulassen gewohnet sind/ sondern selbst  
 einige ihres. Mittels vor Unsern Commissarien bezeuget/ daß  
 weder sie solche Worte gelernet/ noch ihre Kindern lernen las  
 sen/ ja daß solche Worte nicht von allen Juden gebethet wür  
 den/ auch sie zu bethen nicht nöthig wäre/ darum/ weil dieselbe  
 nicht zu Gott gerichtet wären/ und eigentl. kein Lob Gottes  
 in sich hielten: Das Ausseyen aber bey den Gebeth *ויהי*  
*אלנו* gemäß ihren bey der commission producirten Büchern/  
 vor eine sündl. Sache zu halten wäre/ welche von unser Judens  
 schaft zu Halberstadt bereits freywillig abgestellt worden/ ü  
 brigens von den hinwegspringen sie gar nicht wissen wollen. Die  
 nun hierinn in unsern allergnädigen und ernstl. Willen gehors  
 samst nach leben werden/ haben sich unsers Landes- Väterl. Schu  
 tzes und Schirms/ wie andere getreue Unterthanen/ noch ferner  
 hie allerunterthänigst zu erfreuen/ die Ubertreter aber die obanges  
 deutete/ ja nach befinden der Umstände/ gar Leib und Lebens  
 Straffe unausbleibl. zu gewarten. Massn wir hiemit allen in  
 unseren Königreich und Landen verhandenen Regierungen/ Ju  
 stitz-Collegiis, Hohen und Niedrigen/ Geist- und Weltl. Bes  
 richtien/ Obrigkeiten in Städten und auff dem Lande/ auch da  
 bey unsern Fiscalischen Bedienten allergnädigst und zugleich  
 ernstl. anbefehlen/ hierüber ein wachendes Auge zu haben/ und  
 so lieb ihnen ist/ schwere Verantwortung bey uns oder viel  
 mehr



mehr bey den strengen Richter-Stuhl Jesu Christi zu vermet-  
den / über dieses Unser ewiges Edict treu-eiffrigst zu halten.  
Urkundlich unter Unser eigenhändigen Unterschrift und auffge-  
druckten Königl. Insiegel. Gegeben zu Cölln an der Spree den  
28ten Aug. 1703.

FRJDEHGEH.

§. XX. In iure Canonico hoc quoque ad cautam Iu-  
dæorum tolerantiam refertur, quod liberi iudæis auf-  
ferri & Christiana in religione educari debeant. Sic inuiti ad  
enim in c. 11. C. 28. q. 1. iudæorum filios vel filias, ne parentum baptismum  
ultra inuoluantur erroribus, ab eorum consortio separari de-  
trahendi  
cernimus, deputatos aut monasteriis, aut Christianis viris,  
aut mulieribus Deum timentibus, ut sub eorum conuersatio-  
ne cultum fidei discant, atque in melius instituti, tam in mo-  
ribus, quam in fide proficiant. Forfan hoc ipsum ex prin-  
cipio alio deductum videtur, quod iudæi sint serui, &  
ita liberos non habeant in potestate, quemadmodum  
Turcarum in captiuitatem deductorum liberi iis inui-  
tis ad baptismum trahuntur. Exempla huiusmodi vio-  
lentæ ad Baptismum conuersionis vid. apud clariss Bas-  
nage tom. 3. annal. eccles. p. 875. §. 2. Sed vero licet hæc  
praxis in Turcarum liberis probari queat, tamen iu-  
dæorum liberi non sunt eiusdem fortis, nec reuera ser-  
uis annumerandi, sed potius patriam potestatem in li-  
beros suos habent. Stam. de seruit. pers. lib. 1. tit. 5. c. 1. §.  
28. Myler ab Ehrenb. de princip. & stat. imp. c. 60. §. 9. in f.  
adeoque iis subtrahi nequeunt, consequenter quoque  
hæc sententia merito repudianda est.

§. XXI. Similis farinae est consilium quorundam, *Alia consilia*  
quo contendunt iudæos in Republ. non aliter esse re- *examinan-*  
cipiendos, quam ut promittant, quod interesse velint *tur.*

E

con-



concionibus Christianorum. Sicuti enim has abhorrent grauissime, ita nulla salus speranda erit ex huiusmodi coacta compulsione ad audiendam doctrinam Christianorum, & sic recte hoc consilium reprobatur Excell. Dn. Io. Sam. Stryk. *de Iur. Sabbati c. 2. n. 72.* Interim tamen Romæ & aliis locis Italiae, singulis diebus Sabbathi, conciones Christianorum sub certa pæna visitare coguntur, uti refert Myler ab Ehrenb. *de princip. & Stat. imper. lib. 1. §. 7.* Alii consilium suggerunt, ne iudæis permittantur conuentus, nisi præsentem aliquo Christiano linguæ Rabbiniçæ perito. Alii, ut in loco quodam publico iudæorum peritiores cum Christianis sermones de rebus fidei miscere cogantur, aliis attente audientibus, & quæ sunt alia huius farinae consilia, quæ hic quidem intacta relinquo, vbi tantum sollicitus sum, qua ratione caute, h. e. absque reipublicæ damno possint tolerari in republica, ne quod sæpius factum est, turbarum occasionem præbeant, vbi jam quidem, quæ antea adducta sunt, sufficere possunt.

F I N I S.



CO-



## COROLLARIA.

I.

**C**oniugium Christiani cum iudæa iuri naturæ non repugnat.

II.

Iudæus tutor dari potest, sed non expedit, ut detur.

III.

Iudæi ad iuramentum purgatorium contra Christianos admitti possunt.

IV.

Quod iudæorum matrimonia facilius dissoluantur quam Christianorum, ex conceptu sacramenti est.

V.

Gregorius M. in *c. 12. de consecr. D. 3.* existimat diem Sabbathum & Dominicum ab omni opere facere custodiri, esse iudaizare, imo qui operari hoc die aliquid prohiberent, esse prædicatores Antichristi, cuius contrarium exercitii gratia defendimus.

VI.

Gradus in Leuit. XVIII. prohibiti non tantum iudæos sed etiam Christianos obligant.

VII.

Princeps non peccat, iudæis Synagogas concedendo.

VIII.

Nec iudæi possunt vsuras vsurarum exigere.

IX.

Iudæorum libri ad mercaturam spectantes, si sua requisita habeant, semiplene probant, ut contra alium iudæum possint admitti ad iuramentum suppletorium, sed non contra Christianum.

X. lu-



X.

Iudæi si in fauorem pauperum vel Synagogæ disponant testamento, omnia solennia adhibere debent.

XI.

Iudæus bigamus capite non est plectendus in illa prouincia, vbi adulterium non est capitale.

XII.

Notarius inter Iudæos condens instrumentum non absurde vtitur formula consueta: *In nomine Sacrosanctæ Trinitatis.*

XIII.

Iure Iustiniano constitutum est, Iudæos suis ceremoniis relinquendos esse, quod non est abrogatum per Nouellam Leonis 55, vt vult Dionys. Gothofredus.

XIV.

Aurum Coronarium, quod Iudæi Imperatori solunt, recte principes in suis territoriis a Iudæis exigunt, nec illud Imperator in terris principum amplius exigere valet.

---

**I**ngenium solers, & sermo rotundus in orbe

Ceu gemmæ nitidæ, condecorant hominem

Nunc utrumque probas doctis, si pergis, amice,

Ex voto patriæ iuris ocellus eris.

Brenibus verbis, sed prolixo adfectu Doctiss. DN. BASTI-  
NELLERO de egregiis profectibus ita gratulatur

SAMVEL STRYKIVS, IC.



024716

ULB Halle

3

003 098 540




601











B.I.G.

17549  
DISSERTATIO JURIDICA  
DE  
**CAVTA IVDAEO-  
RVM TOLERANTIA,**

Quam  
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,  
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,  
**DN. PHILIPPO WILHELMO,**  
PRINCIPE BORUSSIAE, MARCHIONE BRANDEN-  
BURGICO, AC DUCATUS MAGDEB. GVBER-  
NATORE, RELIQUA,

*In regia Fridericiana*

PRAESIDE  
**IVSTO HENNINGO Böhmer**  
J. V. D. P. P. ET FACULT. JURID.  
ASSESSORE,

IN AUDITORIO MAIORI  
*Ad d. MART. MDCCVIII.*  
publicæ disquisitioni subiciet

**JOANNES ANDREAS BASTINELLER,**  
HALA MAGDEB.

---

*HALAE MAGDEBURGICAE,*  
Litteris CHR. HENCKELII, Acad. Typogr.

